



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

diuersitas inter legem ueteris testamenti, & legem noui testamenti, siue iuris canonici, quod seruandum est inter clericos, c. i. de nou. ope. nunc. c. quod clericis, de foro compet. quia multa in lege ueteri puniebantur, quæ hodie tolerantur, ut in cap. ne autem per totum, & in c. seq. xxiii. q. iiii. c. gaudemus, extra de diuor. & in prin. v. dist. & ibi in gl. summæ, & in c. non est peccatum, §. his ita, vj. dist. cum aliis pluribus, quæ allegari possent. Ex prædictis ergo constat ante omnia recurrendum esse ad consuetudinem loci, seu ecclesiæ, etiam si illa populum, seu laicos ad reparationem obligaret, secundo ad portionem fabricæ deputatâ, puta quia uel ex statuto, vel antiquorum canonum auctoritate illa esset deputata ad fabricam, qualis est quarta redditus ecclesiæ cathedralis, quam episcopus percepit, d. c. quatuor, cum aliis iam supra allegatis. Tercio quando illa non sufficeret, recurrendum est ad redditus canonicorum, & clericorum mediante statuto facto ab episcopo cum consensu sui capituli, uel maioris partis, c. si de his, quæ fiunt à maio. par. cap. cum c. i. & c. de his, de eccl. ædific. & ibi Host. lo. An. do. Ant. Abb. & Henr. Boich, Domin. in d. c. si propter tua, & latius dictum fuit. Et dicunt lo. An. & Domi. in d. c. si propter, & Dom. in d. c. quatuor, xii. q. ij. q. ad redditus canonicorum, & aliorum clericorum pro fabrica non est deueniendum, nisi in casu, quo fabrica, seu reparatio est necessaria, & in subsidium, & tunc mediante statuto, seu dispositione episcopi, & capituli simul, vel maioris partis illius, sentiunt igitur, quod non extante necessitate etiam episcopus cum capitulo non posset obligare redditus canonicorum, & aliorum clericorum; & hoc modo debent declarari iura supra sæpius allegata, uidelicet tex. in d. c. si de his, quæ fiunt à maio. par. cap. in c. i. & in c. de his, de eccl. ædific. & per Abb. in d. c. i. in fi. verb. & in d. c. de his. Debet etiam episcopus potius vendere uasa aurea, & argentea, & uestimenta superflua pro restauratione, & reparatione ecclesiæ, q. canonicos, & clericos in suis redditibus grauare, ut inquit Domi. d. c. si propter, in iij. col. per tex. in d. c. aurum habet ecclesiâ, xij. q. ij. quæ omnia semper sunt intelligenda in subsidium, quando non extaret consuetudo, & non sufficeret quarta episcopalis, & esse mus in casu necessaria reparationis, ut ibi per eum, & per alia sæpe iam repetita. ¶ Quicquid tamen scriptum apud sacros canones, & canonistas reperiatur, episcopi, & Rectores etiam ecclesiarum, quando ecclesiæ reparatione indigent, semper solent ad elemosinas parrochianorum, & laicorum quorumcunque confugere excutientes humeros suos ab hoc onere, quâ tum possunt; quod non improbant Host. lo. An. & Do. Anto. in c. ex parte de censibus, cum laicorum quoq; dicatur interesse, ex quo ipsi in ecclesiis sacramenta percipiunt. ¶ Nec præmissis refragatur id, quod inquit Inn. & Host. in d. c. si de his, quæ fiunt à maio. par. cap. quod refert Dominicus in d. c. quatuor, in ulti. col. q. quando de consuetudine non sit distinctio quartarum iuxta d. cap. quatuor, cum si. ut quia totum sit inter episcopum, & canonicos distributum, tunc episcopus cum cap. potest statuere, ut habetur in d. c. si de his, quæ fiunt à maio. par. cap. Quia pro responsione dici potest, q. Host. ibi primo loquitur, quando immineret necessaria ecclesiæ restauratio, quæ in casu occurrenti non dicitur imminere, ut uerum in facto esse præsupponitur. Secundo id, quod sentit ibi Host. posset procedere, quando prius non esset conuentum inter episcopum, & canonicos, & clericos, ut quia canonici aliqui, & clerici denegarent, & resisterent uelle aliquid confer-

re; sed in hac specie, & canonici, & clerici summam satis notabilem obtulerunt pro fabrica, & conuentum fuit inter episcopum, & clericos, & canonicos, quod ultra summam oblatam nihil exigi posset, ut præsupponitur, igitur illud, quod promissum fuit, seruandum est. Tercio etiam in casu Host. solus episcopus cum aliquibus canonicis, seu clericis non potest statuere super redditibus etiam superfluis canonicorum, & clericorum ad reparationem ecclesiæ, sed requiritur statutum episcopi editum ab eo, interueniente consensu saltem maio. par. cap. ut inquit tex. in d. c. si. ad quæ tex. Host. ibi se remittit, ut colligitur ex verbis suis. Præterea Inn. in d. c. si. & consequenter et Host. qui uidetur ibi referre Inn. loquitur de distinctione quartarum, seu tertiarum, quæ fiebāt de oblationibus factis ecclesiæ: nos uero loquimur de diuisione quartarum, fructuum, & reddituum mentis ecclesiæ cathedralis, quæ à canone facta fuit, secundum quod habetur in d. c. quatuor cū aliis si. allegatis, cōtra quam diuisionem in præiudicium fabricæ ecclesiæ cathedralis nulla consuetudo, nec præscriptio rāquam irrationabilis, & contra utilitatem ecclesiæ ualeret, arg. c. i. de consuetud. & in indiuiduo habetur per Do. Henr. Boich in d. c. i. de eccl. ædific. & est de mente Abba. ibi. Ex quibus concludendum esse arbitror, q. clerici, & canonici de iure non possunt compelli ad contribuendum aliquid in casu proposito pro fabrica dictæ ecclesiæ, & si quid ab ipsis oblatum fuit, debet dici dedicatum non iure necessitate, sed potius ex quadam liberalitate; Quam oblationem ab ipsis factam, ex quo fuit ab episcopo acceptata, reuocare nō possunt, ut colligitur ex his, quæ uolunt Bal. Paul. de Cast. & alij post glo. in l. illud, C. de sacros. eccl. & per Paul. in l. decernimus, eo. ti. & faciunt ea, quæ habentur per Alex. post Bar. & alios in l. qui roma, §. flauius, ff. de verb. obl. Cetera supplebunt pro sua ingenij perspicacia. Reuerendissimi, & Domini mei, Domini iudicare debentes. Laus Deo.

S V M M A.

- 1 Ecclesiam ditare, seu dotare licitum est.
- 2 Mulieres et dotatas, ac diuites dotare, illisq; dotem augere licet.
- 3 Maritus dotem nō exigendo ob eius negligentiam uxori tenetur.
- 4 Prelatus, & Rector ecclesiæ dotem promissam, uel eius augmentum non exigendo, ecclesia teneretur.
- 5 De dote matrimonij temporalis ad dotem ecclesiæ arguere licet.
- 6 De similibus ad similia arguere possumus.
- 7 Ecclesia sine cessione ipso iure perfectæ, & irrenocabiliter acquiritur per notarium uti publicam personam eius nomine acceptantem, & stipulantem: Sequita tamen ratificatione, num. 34. ubi hoc declaratur, & num. 46. & 57.
- 8 Pactum constituti idem operatur, quod ipsa traditio, & per illud omnis possessio, uerumq; ad directum dominium transfertur.
- 9 Notarius ut publica persona contractum, & pactum constituti de possidendo nomine Titij accipiens directum dominium ipsi Titio etiam ignorante sine cessione acquirit; Et an hoc sit uerum, num. 41.
- 10 Dominium facilius in ecclesiam, quā in aliū priuatū transfertur.
- 11 Acquisitum alicui mediante persona notarij ut publica persona dicitur mediante legis dispositione acquisitum.
- 12 A contractu in præiudicium tertij recedi non potest, nec est locus penitentia, quando occasione contractus ex legis dispositione illi tertio ius re, uel spe acquiritur; Et quomodo hoc procedat, nu. 48.
- 13 Donatio facta Ecclesiæ ualeat, & bona donata irrenocabiliter ecclesiæ acquiruntur, etiam si quo ad acquirendum ius patronatus ipsi donant, non ualeret; Quod limitatur, num. 49.
- 14 Iuramentum habet in se clausulam, ut actus ualeat omni meliori modo.

- 15 Obligationem precifam operatur.
- 16 Efficat irrevocabile id, quod aliis sui natura est revocabile.
- 17 Quid est non sui natura sed ex conventionem, uel conditione adiecta esse revocabile, nu. 50.
- 17 Iuramentum habet vim uerborum derogatiuorum adeo, quod actus iuratus specialem requirat derogationem, nec generalis sufficiat.
- 18 In contractibus inominatis re integra locus est penitentiae, nisi esset appositum iuramentum.
- 19 In contractibus inominatis fauore dotis, & pie causa locus non est penitentiae: & an sit uerum, nu. 56.
- 20 Idem si cum inominato mixtus esset contractus nominatus: Quod limitatur, nu. 23.
- 21 Datio, seu donatio ob causam censetur esse contractus inominatus, & in eo locus est penitentiae.
- 22 Causa finalis qua, & quando esse dicatur.
- 23 Donatio resultans ex contractu inominato quando reuocari possit, & in eo locus sit penitentiae.
- 24 Dotanti ecclesiam, postquam ea fuit constructa, & consecrata, an, & quando ius patronatus acquiratur, & quando non.
- 25 Quid, si ecclesia prius erat sufficienter dotata: Et quid, si cum consensu primi dotantis, & episcopi dotauit, nu. 31.
- 26 Quid, si dos prima ecclesie fuisse diminuta, & depauperata, & alius animo acquirendi ius patronatus dotem ecclesie augeret, an illi ius patronatus acquiratur.
- 27 Ius patronatus non acquiratur reedificanti, & reparanti ecclesiam non totaliter destruentem, sed si funditus, & totaliter destruentem reedificaret.
- 28 Argumentum de edificante ecclesiam ad dotantem illam procedit.
- 29 Pluribus ab initio simul concorditer ecclesiam dotantibus, uel edificantibus, ius patronatus omnibus acquiratur.
- 30 Abb. in consi. 28. uolu. ij. declaratur.
- 32 Transferre in alium nemo potest, nisi illud ius, quod habet.
- 33 Ecclesie non patronatus, qua una cum dotibus suis est in libera dispositione, & promissione episcopi, post ius realiter episcopo quoque situm, nullum onus imponi, nec addi potest, etiam consensu episcopi accedente, per quod ius episcopale minueretur.
- 34 Per notarium, ut publicam personam nomine absentis acceptantem, & stipulationem etiam nomine ecclesie, uel pie causa quam do, & quomodo illi acquiratur, & quid requiratur.
- 35 Donatione, seu uenditione cum pacto constituti de possidendo facta alii cui absentis mediate notario, qui ut publica persona pro absentis acceptauit, ante ratificationem, uel traditionem nec dominium, nec possessio ipsi emptori, seu donatario acquiratur.
- 36 Etiam in casibus, in quibus dominium ipso iure sine traditione acquiratur.
- 37 Dominium per procuratorem, seu notarium non acquiratur absentis, nisi uera interuenit traditio.
- 38 Vel saltem ratificatio.
- 39 Oratio sumpta ex uniuerso, & facta per uniuersalem omnis aequipollet orationi copulatiue facta, & quomodo.
- 40 Reuocatio, & penitentia an fiat tacite, uel expresse, non refert in casibus, in quibus ea de iure admittitur.
- 41 Donatione facta absentis, pro quo notarius acceptauit, si ante ratificationem absentis donans reuocauerit, uel alteri donauerit, secundus donatarius est potior.
- 42 Dominium penes donantem, qui absentis, pro quo notarius acceptauit, donauit, ante donatarii ratificationem remanet.
- 43 Donatio facta absentis, cui ex ratificatione tantum acquiratur, potest re integra, & ante ratificationem donatarii reuocari.
- 44 Episcopus absentis conferens beneficium non potest collationem reuocare, & se penitere.
- 45 Dos ecclesie data quando ecclesia reuocabiler acquiratur.
- 46 Notarii stipulatio pro absentis excludit solum cessionem, non autem ratificationem absentis ad hoc, ut illi mediante stipulatione notarii acquiri possit.
- 51 In iuramento semper intelligitur clausula rebus sic stantibus, & illi ob causam de nouo superuenientem contrahenti potest.
- 52 Iuramentum non operatur, quin omnia pacta in contractu adiecta adimpleri debeant.
- 53 A contractu, non obstante iuramento, recedi potest, causa finali contractus cessante, & pacto contractus resolutiuo non adimpleto.

- 54 Iuramentum recipit interpretationem a contractu, super quo interponitur, una cum qualitatibus, & conditionibus illius.
- 55 Venditio prima etiam cum iuramento facta per secundam cum traditione rei factam reuocata censetur.

E P I T O M E.

DO TATIO, accedente consensu dioecani, uel Patris facta ecclesie, pro qua notarius ut publica persona acceptauit, et cum pacto constituti de possidendo nomine ecclesie, & cum iuramento de non reuocando, recte ante acceptationem, & ratificationem facta per ecclesiam potest reuocari: Et facta ad effectum, ut ipsi dotanti ius patronatus in ecclesia illa acquireretur, cum pacto, quod si legitimo aliquo impedimento obstante ius patronatus acquiri non posset, dotatio non valeat, & pro non facta habeatur, ipso iure reuocatur, si ius patronatus de iure ipsi dotanti acquiri nequeat: Et si ecclesia prius esset sufficienter dotata, non potest secundo dotanti, uel doti augenti ius patronatus acquiri.

C O N S I L I U M I I I I.



Iso toto processu causae, plura, quae hinc inde partes adduxerunt, discutienda forent, sed sup duobus duntaxat principaliter insistendum esse arbitror. Primum est, utrum dotatio facta per D. Bernardinum ecclesiae S. Andreae irrevocabiler tenuerit ita, quod ipsi ecclesiae, seu eius rectori ius agendi per Ser. Antonium heredem dicti do. Bernardini effectualiter competierit: Secundum est, an ex dicta dotatione ipsi do. Bernardino dotati potuerit in dicta ecclesia sancti Andreae aliquod ius patronatus acquiri, & consequenter an do. Bernat. aliquod ius patronatus dictae ecclesiae ex titulo donationis in do. Paulum, & eius haeredes transferre potuerit. ¶ Circa primum uidetur prima facie indubitanter concludendum, quod dotatio irrevocabiler ualuerit, quia licitum est ecclesiae ditare, seu dotare, ut in c. filiis. c. quicquid. xvii. q. ult. & notatur per gl. in c. pie metis, ead. cau. & q. sicut licitum est mulieres et dotatas, & diuites dotare, ac dotibus illis augere, l. si. C. de dot. pmissio. l. vnica. §. acceptum. Et cum ibi no. C. de rei vxor. actio. Et ideo sicut maritus dotem non exigendo ob eius negligentiam uxori teneatur, ut habet l. vii. ab eo. ff. de iur. dot. ita et rector, & praetor, qui uti proprius, & maritus est ecclesiae, ut in c. inter corporalia, de translatio. episcopi. cum sit teneatur ecclesiae, si dotem promissam, seu eius augmentum non exigeret, et arguendo de dote matrimonij temporalis ad dotem ecclesiae, put licitum est arguere, ut colligitur ex ijs, quae habentur in c. cum sicut, per gl. Io. An. & scribitur de consec. eccl. uel altar. & in c. nemo, de consec. dist. i. Et tunc de si ad similia possumus arguere, l. non possunt, ff. de legib. c. translatio, de constit. & d. c. inter corporalia, cum sit. ¶ Secundo ex quo notarius, ut publica persona nomine ecclesiae acceptauit, & stipulatus fuit dotem dari, seu promissam, sequitur, quod ecclesiae ipso iure sine cessione actio utilis, & donatio, seu dotatio fuit perfecta, & irrevocabiler acquisita, ut colligitur ex ijs, quae uoluit Alex. in antep. col. & do. meus Sozi. in vj. concl. in l. qui Romae, §. flauius, & ibi Raphael, ff. de uerb. obl. per not. a Io. de Im. in c. potuit, in ult. char. de locato: Et facit id, quod uoluit Petrus de Ancha. in consi. ccccviij. & habetur per Bal. in l. cum a focero, C. de iur. dot. & per Paul. de Cast. in l. infulam in fi. ff. solut. matr. qui uolunt, quod si quis donauit Titio cum pacto, quod post mortem Titij sit, seu acquiratur ecclesiae, quamuis locus sit penitentiae, & possit illud pactum ad prauiudicium ecclesiae reuocari, ut uoluit Bar. in d. §. flauius, quem docto. magis communiter sequuntur, tamen si notarius, ut publica persona acceptauit, seu stipulatus fuit nomine

nomine ecclesiarum, perfecte dicitur ecclesiarum acquisitum, & locus non est penitentiarum, nec reuocationi propter stipulationem factam per Notarium nomine ecclesiarum, qui potuit illi acquirere, argumento eorum, quae habentur per Bar. & Alex. in l. 2. ff. rem pupill. saluam fore, per Io. de Imo. in l. huiusmodi. in princ. ff. de leg. 1. per Bald. in l. 2. C. de adopt. per Bar. Alex. & alios in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de uerbo. obli. & est gl. in §. si quis alij. Insti. de inuti. stip. ¶ Tertiò huiusmodi dotatio non remansit in puris terminis promissionis, quia bona fuerunt saltem fidei tradita ipsi ecclesiae, ex quo Do. Bernardinus donator constituit se nomine ecclesiae possidere, ut in instrumento dotationis habetur, & quod pactum constituit idem operatur, quod ipsa traditio. l. quaedam mulier. cum ibi no. ff. de rei uend. D. Ant. de But. & alij in c. cum uenissent. de rest. spol. Et ideo per huiusmodi fidam traditionem, seu per pactum constituti in ecclesiam dicitur translata omnis possessio cum uero, & directo dominio bonorum donatorum. ut per Bar. in l. si is, qui pro eum pto. in ult. q. ff. de usucap. & in l. ab emptione. in fin. uerb. ff. de pact. & per eum, & omnes in l. quod meo. & in l. interdum. in prin. & in si. ff. de acq. poss. cum si. & ¶ dicit Bal. in l. si quis in emancipatum. C. de dona. per ea, quae habentur in l. 1. C. per quas perso. nob. acqui. q. si Notarius ut publica persona acceptat contractum nomine Titij, ac etiam pactum constituti de possidendo, ipsi Titio etiam ignoranti acquirit directum dominium recta uia sine cessione: Et si hoc dicimus regulariter in priuato, multo magis idem dicendum est in ecclesia, & in quam dominium facilius transferatur, ut in l. si. cum ibi not. C. de sacros. eccl. & faciunt, quae habentur per Imol. Rom. & Alex. in l. qui mihi donatum. per illum tex. ff. de dona. cum glo. ubi si uerè, seu fidei res mihi donata tradatur procuratori meo, mihi dominium, & possessio directe, & ipso iure absque cessione acquiritur. ¶ Quarto facit, quia & ubi que mediante persona Notarii, ut publica personae alicui acquiritur obligatio, seu actio, aut ius aliquod, dicitur mediante legis dispositione acquiri, ut uoluit Bal. & sequitur Alex. in l. nec ei. §. eorum. ff. de adopt. & ignoranti dicitur ipso iure sine cessione acquiri per praedictas sed & quando occasione contractus alicui tertio ex legis dispositione ius, re, uel spe acquiritur, tunc ab eo contractu in praedictum illius tertij recedi non potest, nec est locus penitentiae, nec reuocationi, ut probatur in l. si constante. in si. C. de dona. ante nupt. ubi Bal. hoc expresse uoluit, & sequitur Alex. in d. l. qui Romae. §. Flauius, in antep. col. in uers. nec huic membro obstat &c. ergo in casu nostro ius irrevocabiliter mediante persona Notarii ecclesiae acquisitum esse dicitur. ¶ Quintò facit, & nam etiam in casibus, in quibus donatio non ualeat quò ad acquirendum ius patronatus donanti, seu ditanti, uel dotanti ecclesiam, ut quando ecclesia erat prius sufficiens dotata, iuxta no. per glo. in c. pia mentis. 16. q. ult. tamen ualeat in se, ut bona donata irrevocabiliter ecclesiae acquirantur, ut est de mente d. glo. & habetur per Abb. in conf. 28. In causa communis. & in consil. 59. quidam domi. &c. & in conf. 106. casus super quo. in 2. uol. & per D. Card. in rub. de iure pat. in 6. q. lbiq. Inn. & Io. And. in c. 1. eo. tit. ergo in casu nostro dotatio facta ecclesiae ualuit saltem quò ad effectum acquirendi bona donata ecclesiae. ¶ Sextò super datione interuenit iuramentum, & quod habet in se clausulam, ut ualeat actus omni meliori modo, quo ualeat re potest, & si non ualeat, ut sit, saltem ualeat, ut ualere possit. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. Bar. in l. 1. §. si quis ita. ff. de uerb. obli. Et & operatur praecisam obligationem c. ad nostrā. il. 2. de iur. iur. gl. in l. si pe-

eniam. ff. de cond. ob cau. Bar. & Doc. in l. stipulatio nes nō diuiduntur. ff. de uerb. obli. & faciunt quae hinc per Alex. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. eo. ri. dū querit, an ex stipulatione alteri facta possit agi interueniente iure, & id, & quod alias fui natura est reuocabile, propter iuramentum efficitur irrevocabile: nam donatio causa mortis, quae est reuocabilis, propter iuramentum fit irrevocabilis, & naturam donationis inter uiuos assumit, ut per Bal. in l. si quis. C. de condi. ob caus. per Alex. in conf. 59. in 4. uol. & in l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. obli. Hinc & dixit Bar. in l. si quis. in prin. in ul. ri. col. ff. de lega. 3. q. iuramentum habet uim uerborum derogatiuorum, adeo, q. actus iuratus, qui alias etiam non obstante iuramento reuocari potest, ad hoc, ut dicatur reuocatus, requiritur specialis reuocatio, nec generalis sufficeret, & ita dicit esse de mente Io. And. in c. quod semel. de reg. iur. in §. m. mercu. Sed in casu nostro non constat, q. donatio facta ecclesiae fuerit specialiter reuocata, ergo posito illam generaliter fuisse reuocatam, adhuc uires dicitur habere, stante iuramento. Præterea & quamuis alias in contractibus innominatis re integra locus sit penitentiae. l. si pecuniam. in prin. ff. de condi. caus. da. tamen ubi esset appositum iuramentum, res dicitur desisse esse integra, & facit, quod amplius penitentiae locus esse non possit, ut est glo. & Alex. in d. l. si pecuniam. in prin. post Io. de Imo. in l. 2. §. sed si quis. ff. de dona. ¶ Ultimo, quamuis alias in contractibus innominatis locus sit penitentiae, iuxta ea, quae habentur in l. iuris gentium. §. quini in mo. ff. de pact. & in d. l. si pecuniam. in prin. cum ibi no. & tamen fauore dotis locus non est penitentiae, ut est tex. in l. si ego. §. si res. ff. de iur. dot. quem tex. dicit unicuique, & singularem. Alexan. in d. l. qui Romae. §. Flauius. in 3. col. & no. Bar. in d. l. si pecuniam. col. 2. & Bal. in l. mandatum. in 4. col. C. mand. ubi dixit, q. in contractibus innominatis non est locus penitentiae fauore dotis, & pia causa, per d. l. si ego. & ita per illum tex. firmant Bar. in d. l. si pecuniam. in 1. col. & Sal. in l. pecuniam. C. de cond. ob cau. ergo cum in casu nostro agatur de fauore dotis, & pia causa, hoc est ecclesiae, donatio ualuit irrevocabiliter, nec in ea locus potuit esse penitentiae: Et & maxime cum principalis contractus in casu nostro fuerit nominatus, hoc est dotis, ad tradita per Bar. in l. legata. & in l. iuris gentium. in prin. ff. de pact. per Bald. in l. ad exactionem. C. de dot. promiss. in rub. de rer. permur. in l. j. ff. solu. mat. & in l. legem. C. de pact. ergo sequitur, quod non potuit reuocari, nec in eo esse locus penitentiae, argumento l. si cur. C. de actio. & obligat. & habetur per Alexan. ad propositum, in d. §. Flauius. in 8. col. & per Bart. & alios, in d. l. si pecuniam. in prin. & in l. fin. eod. tit. ut ibi per Pau. de Cast. & Saly. qui dicunt, quod quando contractus nominatus est mixtus cum innominato, ut quia in contractu donationis sit appositum pactum taliter, quod habita relatione pacti ad contractum, resultat quidam contractus innominatus, prout contingit in casu nostro, tunc non est locus penitentiae, nec reuocationi eius, quod in contractu nominato uenit, per text. in l. Aristoteli. in princip. ff. de donat. ubi casus clarus. Hae sunt, quae prima facie multum pro hac parte stringere uidentur. ¶ Quibus tamen non obstantibus, contrariam opinionem existimo ueriores esse, quod datio, seu dotatio facta ecclesiae potuerit per ipsum Dominum Bernardinum reuocari, prout reuocata fuit: Ad quod dicendum moueor in primis, quia facta fuit ecclesiae non simpliciter, sed ob causam de futuro, ut aperte ex instrumento donationis apparet, & infra dicitur: & & sic potius dicitur ob causam datio, quam donatio, & esse censetur contractus

b tractus

tractus innominatus, in quo poenitentia locum habere potest, ut uoluit Pau. de Cast. in l. 2. in fin. in fin. uerb. ff. de dona. per tex. in l. 1. cum ibi not. eod. tit.

- 22 ¶ Secundo causa, ob quam ecclesia facta fuit hac donatio, seu dotis datio, & constitutio fuit finalis, tunc quia alias Do. Bernardinus, qui dotauit, causa non se quita, nec adimpleta, non erit ecclesia S. Andreae donaturus, seu daturus, ut hñ in instro dationis, in uer. si. Et ad hunc finem, & effectum &c. ac etiam in uer. si. & si aliquo legitimo impedimento obstante &c. quo casu causa dicitur esse finalis, ut in l. 2. in fin. ff. de dona. & in l. si ego. in princ. ff. de iure do. Tum quia causa concernebat causam fauorabilem, & piam, & animam, uidelicet ut ipsi Do. Bernardino dotanti acquirere retur ius patronatus, & presentandi in ecclesia S. Andreae, & ut singulis annis celebrarentur missae, & diuina pro animabus, in d. l. si ego. in §. 1. ff. de iure do. & per Bar. Pau. de Cast. & alios in d. l. 2. in fin. ubi Pau. de Cast. in quarto casu plura allegat, tum et quia causa, ob quam facta fuit huiusmodi datio, seu dotatio, concernebat fauorem ipsius dantis, ut sibi acquirere retur ius patronatus, & pro anima sua diuina celebrarentur: per quod infertur, quod causa dicitur esse finalis, iux. not. in l. Titio centum. in princ. ff. de condi. & demon. ut declarat Pau. de Cast. in d. l. 2. in fin. in secundo casu: Vel saltem mediate continebat hac causa fauorem tertij, uidelicet, ut in effectu mediante persona D. Bernardini, & eius donatione illud ius patronatus acquireretur Do. Paulo, eiusque heredibus, ex quibus infertur causam esse finalem, ut uoluit Bar. in d. l. 2. in fin. per tex. in d. l. Titio. in fin. & in l. quibus diebus. in ff. de cond. & demon. in l. si tibi pure. ff. de leg. 3. & Pau. de Cast. in d. l. 2. in fin. ergo cessante illa causa, cessare debet ipsa dotatio, & eius effectus, arg. c. cum cessante. de appell. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. & ¶ quamuis alias quando contractus nominatus est mixtus cum innominato, seu ex contractu innominato oritur, & resultat donatio, locus non sit poenitentiae, nec reuocetur. l. aristo. in princ. ff. de dona. tamen quando talis contractus factus fuit ob causam finalem, reuocatur, & illi necessario non est standum, si ea causa non sit adimpleta, uel adimpleri non potuerit, ut est tex. in d. l. si ego. in princ. in fin. uerb. ubi si quid datum fuerit, ut esset ex causa dotis, sequitis nuptijs, si nuptiae sequi non potuerint, quia interdictae fuerint, & prohibita, datio non habet effectum, & reuocari potest, & ita est de mente Bar. Pau. de Cast. Salic. & aliorum, in l. si. circa si. ff. de cond. ob cau. per tex. in l. cum te. C. de pact. inter empt. & uend. & in l. 1. C. de dona. quae sub modo. cum sim. & ad propositum optime inferuit tex. in d. l. 2. in fin. ubi donatio facta fuit ob causam finalem, quia donans alias non erat donaturus, uidelicet donando Titio decem, ut inde Stichum seruum emeret, & cum causa non posset impleri ob mortem Stichi, dicitur ibi, quod datum, uel donatum reuocatur, seu repetitur: sed causa, propter quam facta fuit dotatio, non fuit adimpleta, nec de iure potest impleri, quia nec ipsi D. Bernardino, nec heredibus suis, nec et dicto Do. Paulo, seu heredibus suis in d. ecclesia S. Andreae, potuit, seu potest acquiri ex huiusmodi datione ius patronatus, uel ius presentandi, ergo cessante causa dationis, seu dationis, debet cessare ipsa datio, ac dotatio, ac effectum sortiri non debet, quinimmo si realiter datio fuisset facta, posset repeti, ut in locis praeg. alleg. Quod autem causa, hoc est acquisitio ius patronatus non potuerit sequi, nec adimpleri, colligitur ex iis, quae uoluit Abb. in conf. 59. quidam Do. Jacob. in 2. uol. & in conf. 106. incip. casus, super quo. eo. uol. iuncta gl. in d. c. pia mentis. 16. q. ult. ubi quare doc. an ille, qui dotauit ecclesiam, postquam ha-

buit esse, & sic post eius constructionem, & consecrationem ex datione acquirat ius patronatus. Et quauis gl. in d. c. pia mentis simpliciter, & indistincte dicat, quod non tamen docet. cõiter, ut habetur per Abb. in locis praeg. & in c. quoniam. de iur. pa. distinguunt, quod aut ecclesia ab initio non fuit dotata, seu non sufficienter, uel si fuit dotata, dos ex post facto fuit in totum perdit, & tunc dotans ecclesiam ex post facto, etiam post consecrationem ecclesiae, acquirat ius patronatus, quia retrotrahitur dotatio, & perinde hñ, ac si ille ab initio dotasset, ut per Abb. in d. c. qñ. & est de mente Inn. in rub. eo. ti. ¶ Aut uero ecclesia ab initio, uel ex post facto reperitur ita prouisum, quod necessitatibus ecclesiae bene potest subueniri, iuxta ea, quae hñ in c. nemo ecclesiam. de poenit. distin. 1. & in auth. ut nullus fabri. orato. do. §. 1. col. 6. & per gl. in c. sicut. de consec. eccl. uel alta. cum sim. & tunc si aliquis dotaret talem ecclesiam, illi augendo dotem, & pinguius eam ditando etiam animo acquirendi ius patronatus, & ius presentandi, propter hoc illi non posset ius patronatus acquiri. Et hoc modo, & in hoc casu intelligatur id, quod uoluit gl. in d. c. pia mētis. quae mouetur hac ratione, quia post consecrationem uideatur rei sacrae seruitus quadam imponi, quod esse non debet. l. seruitudes. §. si. ff. de seru. & l. caneri. ff. comm. praed. nam ius patronatus respectu ecclesiae uidetur quoddam onus, & quaedam seruitus, ut ibi per gl. & per Bald. in rub. C. de usu. & per gl. & doc. in d. c. quoniam. ergo postquam ecclesia fuit consecrata, & sufficienter dotata, seu ditata, non poterit in illa ius patronatus acquiri ei, qui pinguius ecclesiam ditaret, seu dotem illi auget: Quinimmo ¶ si post consecrationem ecclesiae, quae tunc fuerat sufficienter dotata, seu ditata, dos fuisset diminuta, & depauperata, sed non in totum perempta, & quis animo acquirendi ius patronatus dotem auget, propter hoc non efficeretur patronus, nec illi ius patronatus in ecclesia acquireretur, ut notab. uoluit do. Card. in d. c. quoniam. in 1. q. in 4. col. per not. per Io. Cald. in c. significasti. de iur. patr. quae conclusio probatur in simili per id, quod uoluit gl. in d. c. quoniam. dicens, ¶ quod ex refectione, & reparatione ecclesiae non totaliter destructae reedificati, & reparanti non acquiritur ius patronatus, quod aedificanti, non aut reparanti acquiritur, secus si quis ecclesiam funditus, & totaliter destructam reedificaret, ut hñ in d. c. qñ. per Scrib. ¶ arguendo ergo de eo, qui aedificat, & construit ecclesiam ad ipsum dotantem respectu ius patronatus, quod argum. procedit, ut colligitur ex iis, quae uoluit Abb. in c. ad audientiam. de eccl. aedi. ac et ex iis, quae uolunt, & ponunt Scriben. cõiter, in rub. & in d. c. qñ. de iur. patr. sequitur, quod ipsi dotanti ecclesiam sufficienter dotatam, seu ditatam, uel illi, qui auxit dotem ecclesiae, cuius dos et aliquantulum fuisset diminuta, & deperdita, non debet acquiri ius patronatus, pro quo facit, quia aliud est dotare, aliud est dotem ex post facto supplere, sicut aliud est aedificare de nouo, aliud reficere, seu reparare ecclesiam, c. consiluit. ext. de iud. Et haec opi. est uerior, & aequior, quia prius uideatur uelle Abb. in conf. 28. In ea cõitatis. in 2. uol. per no. per Io. And. in c. 1. de iur. pat. ubi Io. And. hoc non dicit, sed loquitur in alio casu diuer. so, uidelicet, ¶ quod plures concorditer simul ab initio ecclesiam dotarent, quia concurrente in datione ipsi acquireretur ius patr. sicut plurib. simul construunt. & fundant. iux. no. in d. c. ad audientiam. & ibi Abb. & hñ per doc. ubi alias sum solitus examinare in d. rubri. ac et in d. c. quoniam. de iur. pat. ¶ Et hoc modo, & in casu isto potest saluari id, quod uoluit Abb. in d. c. fil. 28. qui aliter non loquitur, ut ex eius uerbis clare colligitur, dum dicit, quod in casu suo nedum Papa, sed et

Episcopus

Episcopus potuisset hominibus Castri ius patronatus concedere, ex quo ecclesie minus dotata contulerit dotem, licet post consecrationem, & sic loquitur, quia ecclesia minus, hoc est nullo modo dotata esset, pro ut etiam colligitur ex no. per Io. And. in c. 1. de iu. pat. qui loquitur in hoc casu, ut supra dixi, & dictum Docto. semper in dubio debet intelligi secundum iura, quae allegat, & secundum illa, quae deducit, ad tradita per Bar. in l. non solum. S. liberationis. ff. de lib. leg. & ita in indiuiduo tenent Mod. de Curte in suo tract. de iu. patro. in uerb. & dotauit. in 2. & 3. q. dicentes hanc opin. esse uerorem, magisq. communem: Et ita semper solutus fuit tenere legendum in rubr. & in d. c. quoniam. de iu. pa. quicquid dixerint quidam alij Moderni de Cittadinis in suo tract. de iu. pat. in 3. parte. in 2. causa acquirendi ius patronatus. in 4. q. qui dnt, & q. ditanti cum eo, qui iam prius dotauit, acquiratur ius patronatus, quando cum consensu primi dotantis ille ecclesiam iam dotatam dotauit, quod intelligas et cum consensu Epi, quia nunquam potest ius patronatus alicui acquiri ex aliqua causa, nisi interueniente consensu Epi, ut est tex. in c. nobis. cum sim. de iur. patro. & late habetur per Abb. & omnes in rub. eod. tit. quorum opinio iure non probatur, nec tale quid ipsi allegant, per quod possit eorum dictum substineri, fallumq. uidetur id, quod praesupponunt, q. hac quae stio non sit ab aliquibus examinata, ut patet ex praemissis: Vel posito, non tamen concessio, q. doctrina illorum super hoc esset uera, & de iure substantialis, dico ex ea inferri, & probari, q. D. Bernardino dotanti, & consequenter eius donatario, seu heredib. suis in casu nostro non fuit acquisitum, nec acquiri potuit ius patronatus in dicta ecclesia S. Andreae, quoniam & si Do. Bernardinus uoluerit ius patronatus in dicta ecclesia acquirere ex dotatione, seu augmento dotis facto, accedente, & interueniente consensu ecclesiani, seu Papae, ut in instrumento dotationis h. t. n. ipse Do. Bernardinus hoc non fecit de consensu, & uoluntate illius, seu illorum, qui iam prius dotauerunt, seu dorem illi ecclesiae dederunt, & hoc non fuit probatum, nec ex instr. constat, ergo D. Bernardino ex sua dotatione non potuit ius patronatus acquiri, ex quo non interuenit consensu eorum, qui prius ecclesiam ditauerunt, seu dotauerunt, ut in terminis uoluit, requirunt d. Moderni in suo tract. & argum. eorum, quae uolunt in simili Doct. communiter in d. c. quoniam. Et sic ex praemissis clare, & necessario inferitur, q. ipsi Do. Bernardino, seu heredibus suis non fuit acquisitum ius patronatus in d. ecclesia re, nec spe, nec de iure potuit quomodocumq. acquiri, & consequenter dictus Do. Bernardinus illud ius, quod sibi nec re, nec spe competere, nec acquiri potuit in alium, hoc est in D. Paulum titulo donationis transferre non potuit, quia si nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat. l. nemo plus. ff. de regu. iur. c. nemo potest. de regu. iur. in 6. & nemo dat, quod non habet, nec h. potest. l. si filius. & ibi Bar. C. de don. l. uniuersa. & ibi Bar. C. de lega. & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare. c. quod autem. in fi. de iur. patro. cum sim. quod autem ecclesia S. Andreae ante donationem factam per Do. Bernardinum fuerit sufficienter dotata, & ditata, ita quod ex suis redditibus sufficienter posset necessitatib. & ministris suis subueniri, iuxta ea, quae hnt in d. c. nemo ecclesiam. de consecr. dist. 1. & in c. cum sicut. de consec. eccl. uel alta. satis fuit in processu deductum, atq. probatum: Ergo sequitur, quod ex post facto alteri ditanti, seu augenti dorem dictae ecclesiae non potuit ius patronatus acquiri, quia sic absq. causa necessaria imponeretur seruus rei sacrae, hoc est ecclesiae

post consecratione id, quod uoluit gl. in d. c. pie metis. Item quia sic fieret praedictum primo patrono, qui iam prius dotauit ecclesiam, si alius erat patronus: ille. n. inuitus, & absq. suo consensu teneretur alium in compatronum ex post facto recipere, & consequenter hoc modo auctoritas, & praes dicti primi patroni minueretur saltem in pntando, & in eligendo rectorem ad ecclesiam uacantem, qm in pntando deberet et hic alius nouus patronus interuenire, & concurrere. d. c. qm. & cle. j. eo. ti. quod minimè est dicendum, nam absq. facto nro per alium maximè in acquisitis non debet conditio nostra fieri deterior. l. non debet. cum seq. & l. melior. cum ibi no. ff. de reg. iu. cum si. & hoc respectu dicti Moderni de Cittadinis in d. 3. par. in 2. causa. in 4. q. uoluerunt consensum primi patroni debere accedere. Praeterea si prius ante dotationem factam à D. Bernardino ecclesia non erat patronata, sed libera, & in libera dispo. & prouisione Epi una cum dotibus suis. iux. tex. cum ibi not. in c. decretum. cum seq. 10. q. 1. sequitur, q. postquam realiter ius fuit acquisitum Epo, non potuit ipsi ecclesiae imponi, nec addi aliquod onus, per quod minueretur ius Epale, et interueniente, & accedente consensu Epi, ut concludunt oēs Scrib. post gl. in c. cum dilectus. in uerb. constitutum. extra de consue. ut ibi per Abb. Ioan. de Imo. Pet. de Anch. Fel. & alios. & est gl. no. in c. sic quidam. 10. q. 1. & habetur per Abb. in c. significatum. de praeb. sed in casu, quo dicta ecclesia S. Andreae esset in libera dispo. Epi, & sic esset totaliter sub iure Episcopali, & ex dotatione facta per D. Bernardinum ipsi, seu heredibus, aut donatariis suis diceretur ius patronatus acquisitum, ita diceretur minui iurisdic. Epi, & ius liberum Epale, qm Eps non posset absq. consensu, & praesentatione patroni prouidere ecclesiae vacanti, & in illa aliquè insinuere, ut in c. decernimus. 16. q. ult. cum ibi no. quod minimè est dicendum, ut patet ex predictis, ergo &c. Tertiò principaliter considerandum est, q. tpe, quo D. Bernardinus fecit dotationem, seu augmentum dotis dictae ecclesiae S. Andreae, praetatus illius non fuit pns, qui pro ecclesia acceptaret, sed solus Notarius, qui fuit rogatus de instr., tanquam publica persona ecclesiae noie acceptauit dotationem, seu stipulationem ecclesiae facta, & constitutum de possidendo factum ab ipso D. Bernardino dotante, & se pro ecclesia possidente possidere, ut ex instr. dotationis apparet: ex quibus inferitur, q. bona donata non dnt ipsi ecclesiae cum effectu, & irrevocabiliter ipso iure acquisita, sed ita demum sequuta ratificatio ne ecclesiae, iuxta ea, quae hnt in d. l. si ego. ff. de nego. ge. & requiritur, q. ratificatio fuerit facta re integra, uidelicet ante, qua alteri esset ius questum, seu ante, qua per dotantem esset renocata, arg. l. si ego. §. si res. ff. de in. do. & eorum, quae hnt in l. bonorum. ff. rem rat. hab. & faciunt no. per Bar. in l. si uxor. §. si quis uxore. ff. de adul. per Anto. de But. in c. accedens. de praeb. & Bal. in l. si. C. ad Maced. Et ideo ratificatio fieri debuit viuo donatore, non aut eo mortuo, alioquin si ipso mortuo fieret, non proderet ratificatio, ut uoluit Alex. in q. si. 14. Pöderatis his. in 3. col. in 5. uol. per not. per D. Ant. & Imo. in c. si. extra de conf. & ad propositum optime facit id, quod uoluit Pau. de Cast. in consi. 172. In casu pnti, in nouis. qui in patre, qui donauit filiae absenti cum pacto pnti de possidendo noie filiae, pro qua notarius ut publica psona acceptauit, concludit, q. an ratificatione filiae nullum fuit ei ius questum irrevocabiliter, imò nec renocabiliter: Idè e de mte Io. de Imo. in q. si. 174. In casu praemisso, & sequitur Iaf. l. legatum. in fi. ff. de leg. 1. Dec. l. l. fernus. in 1. col. in fi. C. de pac. Soz. in col. 53. Viso instr. donationis. in ult. col. in 4. uol. & faciunt no. per Bar. in l. fundum. ff. de act. emp.

per Alex. post Bart. in l. si mihi, & Titio. in 5. col. ff. de uer. obl. per Bal. in l. multum interest. C. si quis alteri, uel sibi. per Bar. in l. i. C. per quas pers. nob. acq. Bal. in l. officium. C. comm. diu. circa si. per Bar. in l. qui mihi donatum. in 1. col. ff. de dona. & per Pau. de Cast. in l. fideiussores. in si. ff. de neg. ges. cū multis alijs si. quæ possent allegari. Quod aut ecclesiæ, cuius noie notarius ut publica persona acceptauit, ante ratificationem legitimè factā non fuerit ius aliquod acquisitum, nec ex constituto de possidēdo potuerit ipsi dominium, aut possessio acquiri probatur ex iis, quæ in terminis noluit Pau. de Ca. in l. illud. C. de sacros. ecc. qui dixit, q̄ donatio facta pijs locis ab aliquo pro ipsis non acceptata non valet, si uero ab aliquo corū noie fuit acceptata, acquiritur ius ex donatione, sequuta ratificatione, & non aliter, nec prius, per ea, quæ hñr in d. l. si ego. ff. de neg. ges. Et inquit Soz. in l. i. §. si iusserim. circa si. ff. de acq. poss. post Moder. ibi, q̄ si facta fuerit uenditio, seu donatio cum pacto constituti de possidendo alicui absenti mediante Notario, qui ut publica persona pro ipso emptore, seu donatario absente acceptauit, ex tali constituto de possidendo, & sic ex facta traditione non acquiritur ipsi emptori, seu donatario ante ratificationem dñum, nec possessio, qm̄ licet inueniatur iure cautum, q̄ ea, quæ mediāte cessione quaruntur, ut est obligatio, & actio, dicantur acquiri per Notariū sine cessione, ut in l. 2. & ibi Bar. ff. rem pup. fal. fo. tñ nō inuenitur iure cautum, q̄ dominium, & possessio acquiratur: Vnde Notarius acquirere nō potuit, nisi tanq̄ negotiorum gestor, quo casu requiritur ratificatio ad hoc, ut acquiratur illi, cuius noie fuit acquisitum, & acceptatum. l. si cōis seruus. ff. de acq. poss. d. l. si ego. cum si. & optimè inseruit id, quod uoluit Pau. de Ca. in l. si mihi donatum. ff. de don. per ea, quæ uoluit ibi Bar. q̄ et in casib. in quib. ipso iure dñum sine traditione acquiruntur, ut est in uenditione, seu dotatione facta ecclesiæ, iux. l. si. C. de sacros. ecc. & in alijs casib. de quib. in l. traditionib. C. de pact. per Procuratorem, seu Notarium, & sic per liberam personam non pōt dominium, nec possessio ipso iure, seu ex actu facta acquiri, ut ex traditione facta inducta per pacto constituti de possidendo, sed requiritur uera traditio, uel saltem ratificatio. per text. in l. j. C. per quas pers. nob. acq. iunctis his, quæ hñr in d. l. si ego. & hoc sequitur Alex. in d. l. si mihi donatū. & Io. de Imo. post Guli. in l. si quis pro emptore. in fin. ff. de usuc. & in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de uerb. obl. & Ang. in l. j. C. de acq. poss. & in l. j. §. per procuratorem. ff. eo. expresse uoluit, q̄ in casu nostro et ecclesiæ non acquiratur dñum, nec possessio per constitutum de possidendo acceptatum per Procuratorem, seu per Notarium noie ecclesiæ: dicit. n. q̄ l. si. C. de sacros. san. ecc. quæ uult, q̄ ex solo titulo ecclesiæ sine traditione acquiratur dñum, non habet locū, si per Procuratorem, seu Notarium actus factus, hoc est facta traditio interuenierit, ut quia noie ecclesiæ constitutum acceptauerit, quod reputat multū notandū ad limitationē d. l. si. per no. per Bar. in d. l. si mihi donatum. & in l. j. C. per quas pers. nob. acq. qui uoluit, q̄ dñum per Procuratorem, seu Notarium non acquiri, quando non interuenit uera traditio, sed facta, seu actus ciuilibis, & ita sequitur Pe. de Anch. in c. accedens. de prob. Et quamuis plures doct. & forte magis cōiter, ut referunt Alex. & Aret. in d. l. j. §. per Procuratorem. teneāt contrarium, impugnando Ang. & alios s. relatos, tñ

35
36
37
38

† non negant, quin requiratur ratificatio, quia concludunt, q̄ mediante actu facto per Procuratorem, seu per liberam personam, & sic per Notarium acquiratur dominium, & possessio ipso iure absq̄ cessione, sed non absq̄ ratificatione: Ita est de mente Aret. qui

tenuit contra Ang. & sequaces. in d. §. per Procuratorem. dum allegat quoddam consilium Dyni. Et ita et est de mente Soz. in d. §. si iusserim. in fin. uerb. & Pau. de Cast. in locis præal. Vnde cum in casu nostro ante mortem Do. Bernardini donatoris, & sic ipso uiuente, ecclesiæ nō ratificauerit donationem sibi factam, & sic res defierit esse integra, sequitur, q̄ ex ratificatione postea facta amplius non potuit ipsi ecclesiæ acquiri, per ea, quæ uoluit Pau. de Cast. in d. consil. 172. cum sim. supra alleg. Præterea dictus D. Bernardinus ante oēm ratificationem ecclesiæ in suo testamento reuocauit non solum omne aliud suum testm̄, legatum, & fideicommissum, sed et omnem aliam uoluntatem suam reuocabilem prius factam, & consequenter dñ et reuocasse concessionem, & dationem istam factam ecclesiæ, quia illa erat reuocabilis ex expresse dispositione, & conuentione ipsius dotantis, qui uoluit eam posse reuocari, nec bona donata ecclesiæ S. Andree, & alteri ecclesiæ illis deberi, nec acquiri in casu, quo de iure, & ob aliquod iuris impedimētum ipsi D. Bernardino, seu Do. Paulo donatario in dictis ecclesijs ius patronatus acquiri non posset: De iure aut in ecclesiā S. Andree non potuit ex dotatione facta acquiri ius patronatus, ut supra conclusum fuit, & infra dicitur, ergo sequitur, q̄ illa uoluntas Do. Bernardini, per quam ecclesiā prædictā dotauit, dñ fuisse reuocabilis, quæ ex alijs quoq̄ rōnibus supradictis fuit reuocabilis, ergo illa censetur, & dñ expresse reuocata per illam reuocationem uoluntatem saltem factā, per quam reuocauit omnem suam uoluntatem reuocabilem, nam qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & dicendo oēm uoluntatem reuocabilem, perinde est, ac si spāliter, & copulatiuè reuocasset illam, & illam, & istam, quia † oratio, quæ sumitur ex uniuerso, & quæ fit per uniuersalem omnē, æquipollēt oñi copulatiuè factæ: tātum. n. est dicere oīs mea uoluntas reuocabilis, quantum esset dicere, ista, & ista mea uoluntas reuocabilis, arg. corū, quæ hñr in l. is qui ducēta. §. cū ita. ff. de reb. du. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & in l. pen. C. de impube. & alijs subst. iunctis not. per Bar. in l. hoc articulo. in 2. col. ff. de hered. insti. qui allegando d. l. pen. & d. §. cum ita. dixit, q̄ ibi uerba uniuersalia fuerunt prolata, quæ erant collectiua, non autem distributiua: Et † in casib. in quibus reuocatio, seu pñia de iure admittitur, non uidetur referre, an expresse quis reuocauerit, seu ipsum poenituerit, an uerò tacite, argum. d. l. si ego. in §. 1. in fina. uerb. ff. de iur. dot. ibi aut distulerit, uel absit etiam nolente, uel absente eo dominium ad maritum ipso iure transferri, &c. & argumento tex. cum ibi nota. a contrario, in d. l. Aristo. in princip. ff. de donatione. ¶ Corroborantur prædicta ex iis, q̄ quæ uoluit Pau. de Cast. in consil. 197. Vis his, quæ narrantur &c. in secundo dubio. in nouis. quod si in donatione absenti facta Notarius ut publica persona fuerit stipulatus, & acceptauerit pro absente, non acquiratur absenti ante ratificationem: & ideo si ante ratificationem donans reuocauerit, uel alteri donauerit, potior erit secundus donatarius, ex quo ante ratificationem nullum ius fuit primo donatario acquisitum, per notata in d. l. si ego. Et propterea si post reuocationem, uel secundam donationem primus donatarius ratificauerit, & acceptauerit, talis ratificatio tanquam facta re integra primo donatario non proderit. Præterea cum ipsi ecclesiæ dominium in casu nostro ante acceptance, & ratificationem non fuerit ex dotatione facta acquisitum, ut supra, sequitur, q̄ quod illud remansit penes D. Bernardinum dotantem: quia interim non est dicendum, dominium per acra uolasse, cum ab uno nō separatur, nisi aliter

40
41
42

alteri acquiratur l. nec vtilem, & ibi Bar. Bald. & alij. ff. ex quib. cau. maio. Et ita tenent Bart. & communiter Docto. reprobata glo. ibi in d. l. si ego, & in l. qui hominem. §. si debitorem. ff. de solutio. Pau. de Castr. in l. cū quis. §. 1. cod. tit. Bar. & omnes in l. si sponsus. §. si vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. Alex. in conf. 232. Ponderatis his. in 1. col. in fin. in 6. vol. Pet. de Anch. & scriben. in c. si tibi absenti. de prabend. in 6. Et t̄ consequenter ante acceptationem, & ratificationem factam per ecclesiam, cui nondum erat ius aliquod, seu dominium, aut possessio acquisitum, vel acquisita, ipse dominus Bernardinus donans, seu dotans potuit reuocare, prout reuocauit, quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mand. Et ita in terminis concludit Pau. de Castr. in l. absenti. in fin. 1. col. ff. de dona. dicens, q̄ donatio facta absenti, cui ex ratificatione acquiritur, vt in d. l. absenti, potest per donatorem re integra, hoc est ante, quam donatarius acceptauerit, seu ratum habuerit, reuocari, quoniam ex quo donator voluntarie donauit, potest reuocare ante, q̄ donatarius acceptet, quia ante acceptationem donatarius non fit dominus, sed t̄ episcopus, qui absenti contulit beneficium, ante acceptationem non potest poenitere, & collationem reuocare, q̄a uoluntarie non contulit, cum debeat ex necessitate beneficium uacans conferre, & ita intelligatur tex. in d. c. si tibi absenti. de prab. in 6. vt not. in c. relatum. de prab. & per Pau. de Castr. in d. l. absenti. & facit etiam id, qd̄ voluit in terminis Alex. sequendo Pau. de Castr. in loco praeallegato. in consil. 131. In causa, & lite in 2. col. in fi. vol. 4. Et possem hanc conclusionem pluribus alijs iuribus, & rationibus cōprobare, quae breuitatis causa omitto. ¶ Solum superest respondere ijs, quae supra in contrarium fuerunt adducta, quibus licet pro maiori parte ex praedictis responsio colligi possit, tamen omnibus sigillatim respondendo: & in primis non obstat, q̄ dos data ecclesiae acquiratur ecclesiae irrevocabiliter, & nisi prelati illam exigeret, & peteret, teneretur, vt d̄ de dote tēporali pro matrimonio carnali data: quia responderetur, t̄ hoc verum esse, quando dos esset data simpliciter, & non ob causam aliquā finalem, secus si ob causam finalem, quae cessaret, & effectum habere non posset, vt probatur in d. l. si ego. in prin. in fin. verb. ff. de iur. dot. & per alia plura, quae supra deduxi. Præterea datum, vt, nuptijs sequutis, dotis efficere, fauore dotis, & matrimonij reuocari non potest, ne sic matrimonij impediatur, & mulier indotata remaneat, ut est text. in d. l. si ego. in §. 1. sed in casu nostro non vertitur fauor matrimonij, quia per reuocationem dotis non impediretur matrimonium temporale, nec spirituale, item ecclesia non remaneret indotata, cū ipsa habeat dotem sufficientem, & bona pro necessitatibus ecclesiae sufficientia, ergo potuit talis dos, seu datio reuocari ob causam finalem non sequentia, ac etiam quia ante reuocationem ipsi ecclesie, quae non acceptauerat, nec ratificauerat, ius, seu dominium non fuerat acquisitum, ut supra dictū est. Non obsecundum fundamentum, q̄ pro ecclesia, & eius nomine notarius vt publica p̄sona fuit stipulatus, & acceptauit dotationem, ergo ipso iure absque cessione d̄ ius ipsi ecclesiae acquisitum, quia r̄ndetur, stipulationem, & acceptationem notarij non operari, q̄ abiq̄ ratificatione, & alia acceptatione ius absenti, seu ecclesie acquiratur, immo requiritur acceptatio, & ratificatio, vt saepius dictum fuit, sed solum, q̄ sequuta ratificatione, & acceptatione acquiratur absenti, seu ecclesiae actio utilis, seu ius sine cessione, quod non est in alio, q̄ in notario, vt habetur in d. l. 2. ff. rem pupilli solu. fore. & per Pau. de Castr. in d. consil. 197. ut supra

46 reuli: t̄ stipulatio ergo notarij pro absente quamuis

excludat cessionem, non tamen excludit acceptationem, & ratificationem absenti ad hoc, vt mediante facto, & stipulatione notarij absenti acquiri possit, vt est de mente Arc. Pau. de Castr. Soz. & aliorum, quos supra ad propositum retuli, qui etiam tenent, q̄ per constitutum acceptatum per notarium acquiratur absenti dominium, & possessio, qm̄ ipsi non excludunt, quin requiratur acceptatio, & ratificatio: sed in casu nostro non fuit facta acceptatio, nec ratificatio, nec fieri potuit, quia desit esse res integra, cum ante acceptationem dotis mortuus fuisset, iuxta ea, quae habentur per Alex. in d. consil. 24. Ponderatis his. in 3. col. vol. 5. per no. per Ant. & Imol. in d. c. si de confes. cum similib. supra ad propositum adductis, ergo &c. Præterea acceptatio, & ratificatio non potuit prodesse, etiam si facta fuisset re integra, ex quo dona. facta fuit ob causam finalem, videlicet ad finem, & effectum, ut ex illa acquireretur ius patronatus in dicta ecclesia S. Andree, alioquin nihil ipsi ecclesie ex dotatione facta acquireretur, ut in instrumento apparet, quae causa effectum non habuit, nec habere potuit, ut supra probatum est. ¶ Non obstat tertiū fundamentum, q̄ p̄ constitutum de possidendo factum nomine ecclesiae, & per notarium acceptatum dicatur acquisitū ecclesie dominium, & possessio rerū, quia ex praedictis tollitur, t̄ qm̄, ut dictū est, ante ratificationem, & acceptationem non d̄ acquisitum ecclesiae dominium, nec possessio, ut per Soz. in d. l. 1. §. si iusserim. in fin. verb. cum alijs supra allegatis. Præterea quauis per personam notarij, seu procuratoris acquiri possit absenti dominium, & possessio mediante actu verō, vt per Alex. & Roma. per illū text. in d. l. si mihi donatum. ff. de don. non tamen mediante actu ficto, hoc est mediante constituto, per qd̄ d̄ res fide tradit ad no. per Bar. & Paul. de Castr. in d. l. si mihi donatum. & in d. l. 1. C. per quas perso. nob. acqui. per Imol. in d. l. si is, qui pro empt. in fina. verb. & per Ange. in d. l. 1. §. per procuratorē. ff. de acq. pos. cum si. quae supra allegauimus, ne duo circa idē concurrant specialia, videlicet, q̄ alteri etiam absenti per alterum acquiratur, itē q̄ ex actu ficto contra rex. cū ibi no. in l. 1. C. de dot. promissio. ¶ Non obstat quartū argumentum, quia primo potest r̄nderi, veluti supra alijs fuit r̄sum: Vel secundum dici potest, t̄ illud procedere, qm̄ ex p̄tractu facto inter duos alteri, qui non esset de contrahentibus, ius ex dispositione legis acquireretur, ut in casu posito p̄ Bar. & doct. in l. qui Romae. §. flauus. de ver. ob. & in casu Bal. in l. si à socero. C. de iur. dot. in fin. & in casu l. quoties. C. de don. quae sub modo, sed nos loquimur, qm̄ ex facto notarij, & ex eius stipulatione acquireretur absenti, qui esset de contrahentibus, cui non potest acquiri, nisi sequuta ratificatione, & acceptatione sua, ut supra. ¶ Non obstat quintum fundamentū ex aduerso ut supra factū: Quia r̄ndetur, q̄ ex dotatione facta post consecrationem ecclesie, dotati non acquiritur ius patronatus, si ecclesia aliās erat dotata, & habebat bona sufficientia pro necessitatibus ecclesiae, uel etiam si haberet dotem minus sufficientem, s̄m quod supra plenē fuit probatum, & hæc est magis cōis opinio doct. Et si diceretur, quauis ex tali dotatione non possit acquiri ius patronatus, dotatio tamen in se debet ualere ad utilitatem ecclesiae, ut habetur in dicto quinto fundamento, & arg. d. l. si ego. in prin. ff. de iur. dot. ad hoc dicendum est, quod t̄ ex quo dotatio facta fuit ob hanc causam finalem, videlicet ad finē, & effectū, ut ex ea acquireretur ius patronatus, non aliās dotaturus, & ius patronatus de iure acquiri non potest, sequitur q̄ ipso iure ius dotationis factae resoluti debet p̄ pactum resolutiū in instrumento appositum, quo actum fuit, q̄ si ex aliquo iuris impedimento ius patronatus acquiri non posset dotati in ecclesijs, quas

49 b 3 dota-

dotant, dotatio non valeat, & habeatur pro non facta, arg. tex. in l. cum te. C. de pact. inter empt. & ven. cum ibi non ubi si pactum substantiale, quale est illud, quod continet causam finalem, non adimpleatur, rescinditur, quicquid principaliter fuit contractus, & convenit, ad quod facit tex. in l. 2. missorie. eo. ti. & in d. l. si ego in prin. in si. uerb. ff. de iur. do. & faciunt non per lo. de Imo. in d. l. si mihi donati. in ult. col. ff. de dona. ubi si in donatione sit appositum pactum resolutionis contractus et procuratoris, ex illo pacto ipse iure dominium in donatore transfertur. Preterea in casu nostro ex donatione facta ecclesie non potuit dominium, seu ius, aut possessio acquiri, nisi sequuta acceptione, & ratificatione, ecclesie, ut supra tetigi. ¶ Non ob. sextum fundamentum de iure appposito, quia videtur, quod ius operatur, ut id, quod alias sui non est reuocabile, non possit reuocari, ut est donatio causa mortis, item contractus innotatus, & ita in relligantur allegata in hoc sexto argumento, secus si illud sit reuocabile non ex natura actus, sed ex intentione, & conditione adiecta, ut quia fuisset adiectum pactum resolutionis contractus, uel promissum, aut datum esset aliquid ob causam aliquam finalem, quoniam tunc non obstante iure resolutionis contractus, si causa cessasset, & pactum non fuisset adimpletum, & sic locus esset reuocationi, quia in iuramento semper intelligitur, rebus sic stantibus, & ob causam de nouo superuenientem potest iure contrahendi, ut in l. si. ff. qui latif. cog. & est bonus tex. cum ibi non in c. quemadmodum de iure iur. Bar. in l. quaro. §. inter locatorem. ff. locati. Item intelligitur, si ipsi iuranti seruenter promissa, ut habetur in l. si quis maior. C. de transac. c. querelam. & c. peruenit. de iure iur. & non per gl. & Inn. in d. c. quemadmodum: Item in iure non operatur, quin omnia pacta & conditionis adiecta, & adiecta in contractu debeant adimpleri, ad tradita per Salic. in l. nonnunquam. C. de reuoc. dona. Bal. in l. 1. c. de inofficio. do. na. per Alex. in l. titia. §. imperator. ff. de leg. 2. & habetur in d. l. si quis maior: Ergo si causa finalis, propter quam factus fuit contractus, cesset, & non possit adimpleri, item si non seruenter pactum resolutionis contractus, non obstante iuramento, poterit a contractu recedi, & contractus resolui, quia & ista sub iure includuntur, ut adimpleri debeant: immo secundum Bar. in d. l. titia. §. imperator. & in d. l. quaro. §. inter locatorem. si iuramentum recipit interpretationem a contractu, super quo interponitur, & recipit qualitates, & conditiones contractus, ut ibi per Bar. & Alex. in l. 1. si quis ita. in 3. col. ff. de iur. obli. & per Bal. in d. l. 1. c. de inofficio. don. l. si. C. de non numerata pecunia. Bar. in l. sed si quis. §. questum. & ibi Alex. & alij. ff. si quis cautio. & faciunt, quae habentur per Alex. in cons. 95. in 4. uol. per l. uxore. §. felicissimo. de leg. 3. & in l. cohare di. §. qui partem. ff. de vulg. & pupilla. Nam generalis promissio, & sic generale ius de non contrahendo non facit cessare specialem promissionem, & specialiter conuenta. ¶ Non obstat, quod ubi est appositum iuramentum de non reuocando, requiritur specialis reuocatio, nec sufficeret generalis, ad tradita per Bart. in d. l. si quis. in prin. ff. de lega. 3. in ult. col. cum simil. ibi allegatis per Alex. quia ad hoc respondetur primo, quod in casu nostro sit resolutio, & reuocatio ipso iure ob causam finalem conditionaliter appositam non sequutam, nec adimpletam, iuxta ea, quae habentur per Bar. in l. demonstratio. §. si. ff. de cond. & demonstr. & in l. si pecuniam. in prin. ibiq. doct. cōiter ff. de cond. ob caus. Item sit resolutio ipso iure ob pactum resolutionis non adimpletum, iuxta ea, quae habentur in d. l. cum te. & per Imo. in d. l. si mihi donatum. in ult. col. ergo non requiritur alia reuocatio generalis seu specialis. Preterea, ut dictum est, in casu nostro dotas

non censetur, nec de iurasse simpliciter non reuocatur, prout loquitur Bar. in d. l. si quis. in prin. sed secundum quid, & cum qualitate certa, uidelicet ita demum, si ex donatione consequatur ius patronatus in ecclesia, & cum hac qualitate censetur iurasse, ergo non obstante iure poterit contrahere, & reuocare, si non sequatur iste effectus, quia non possit effici patronus ecclesiae, nam, ut dictum est, ius recipit omnes qualitates, & conditiones in contractu adiectas: facit etiam id, quod uoluit lo. de Imo. in c. cum contingat. de iure iurand. in col. 102. & sequitur Iaso. in l. quoties. C. de rei uendica. ¶ si prima uenditio firmata fuerit iuramento, & facta fuerit secunda cum traditione rei, ex quo emptor secundus est in possessione, statim debet secundae emptioni, quia per illam censetur prima reuocata, prout reuocari potuit, cum per primam solum fuerit acquisitum primo emptori ius non in re, sed ad rem, & ideo non obstante iuramento potest ius illud ad rem reuocari, ut ibi. Sed in casu nostro ex donatione ecclesie mediante facto notarij fuit acquisitum ius non in re, sed ad rem ante ratificationem, & acceptionem ecclesie, ergo &c. ¶ Ultimo non obstat d. l. si ego. in §. 1. ff. de iur. do. & id, quod per illud tex. dicit doct. in d. l. q. Rome. §. flauius. & in d. l. si pecunia. in prin. ff. de cond. ob caus. quia respondetur primo, quod ille tex. probat quidem, quod heres illius, qui dedit ob causam dotis, non possit reuocare, sed non negat, quin ipse, qui dedit, poterit reuocare, immo secundum Salic. & Paul. de Cast. in d. l. si pecunia, quamuis heres datus reuocare non poterit, dans tamen potuit reuocare, ex quo uiuo ipso non fuit translatum dominium in accipientem, ut ibi per Salic. in 3. col. sed in casu nostro uiuo dotante non fuit translatum dominium in ecclesiam, tum quia constitutum fuit acceptatum per notarium, tum quia ecclesia non acceptauit, nec habuit ratam donationem, ergo dotans potuit reuocare, prout reuocauit. Preterea ex quo non fuit sequuta causa, quia non fuit acquisitum ius patronatus, nec de iure acquiri potuit, sequitur, quod resoluitur contractus donationis, & omne ius, quod potuit acquiri ecclesie per predicta. ¶ Non obstat decisio Bal. in l. cum a focero. C. de iure dot. & id, quod per illud dictum uoluit Alex. Imo. & Arret. in d. l. qui Roma. §. flauius. ff. de uerb. oblig. quod per stipulationem, & acceptionem notarij factam nomine ecclesie dicitur ecclesie ipso iure sine cessione acquiri, quia videtur, quod licet possit acquiri sine cessione, non tamen sine acceptione, & ratificatione ecclesie, per ea, quae supra plenè dixi: Et ideo ante translationem dominij in ecclesiam potuit per dotantem reuocari per ea, quae uoluit Salicet. in d. l. si pecuniam. in 3. col. & per alia, quae allegaui supra ad propositum, quae aliter non reperio: & ita respondet Dec. in suo cons. 226. in fin. Et facit id, quod uoluit notabiliter Specul. in tit. de loca. in §. nunc uero aliqua. in uerbis. 148. dum ponit de marito acceptante emphyteosim pro se, & uxore, & habetur per Dec. in consil. 58. quia plura allegat. Alijs, quae in contrarium possent adduci, responsio ex praemissis colligi potest. ¶ Circa secundum dubium non insisto, quia eius decisio colligitur ex ijs, quae dicta sunt supra in tertio fundamento, & alijs allegatis, quod ipsi domino Bernardino dotanti, non potuit acquiri ius patronatus in ecclesia S. Andreae ex dotatio ne sua, prout ipsi uoluit debere acquiri, ut per plura firmaui, & comprobauit, cōsequenter ius aliquod patronatus non potuit titulo donationis in alij, hoc est in dominum Paulum, eiusque heredes transferre, quia non plus ius potuit in alium transferre, quam ipse haberet, & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure donare non potest. c. quod autem. in fin. uerb. extra de iure patrona. & ita iuris esse concludo. Laps Deo.

- 74 Idem ad petendum, & impetrandum dispensationem super natalibus, & generaliter ad petendam dispensationem pro aliquo: quid ad consentiendum dispensationi, num. 76.
- 75 Mandatum habens speciale ad presentandum aliquem, & ad petendum eum confirmari, & ad beneficium institui, & generaliter ad omnia, & singula alia facienda, quæ specialiter exigunt speciale mandatum, etiam si illa essent maiora expressis, & ad omnia gerendum, & faciendum, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint quomodolibet necessaria, requisita, & opportuna, & quæ ipsius instituens & c. dicitur etiam mandatum habere ad petendam dispensationem cum presentato, illi, consentiendum.
- 76 Mandatum generale semper sufficit, exceptis his casibus, quibus iure cautum est, quod speciale requiratur.
- 77 Presentatio, & institutio secundo loco facta sine citatione prius presentati, & instituti non valet.
- 78 Maxime si prima cum causa cognitione, & citatis citandis facta fuit.
- 79 Presentatio, & institutio secunda facta post primam, quando valet.
- 80 Institutus primo loco ius plenum in beneficio ex sola institutione consequitur ita, quod institutio postea alteri facta etiam cum traditione possessionis non valeat.

E P I T O M E.

Ad beneficiū simplex non habēs administrationē, sed habens ex dispositione testatoris, & fundatoris ordinē sacrum annexū ita, q̄ ad illud sacerdos presentari debeat, si episcopus huic dispositioni, & qualitati ordinis sacri non consensit, clericus minor 14. anno etiam sine dispensatione de iure communi, & cum dispensatione Episcopi, quatenus ille consensisset, & beneficiū esset sacerdotale, maxime si esset de sanguine, & agnatione fundatoris, ualide presentat, & instituitur, & alteri secundo loco presentato, & instituto præfertur.

Episcopus ad beneficiū simplex non habens administrationem, sed existens sacerdotale, ordinemq; sacrum annexum habens ex iusta causa cum minore 14. anno in minoribus constituto, ualide potest dispensare.

Et si beneficiū sit patronatū, & unus de sanguine patronorum fuerit presentatus, iusta est causa cum illo etiam sine consensu patronorum, & multo magis cum eorum consensu dispensandi.

Patroni etiam ad consentiendum dispensationi factæ eū presentato ad beneficiū mandatū dedisse, & ipsi dispensationi consensisse dicuntur, ex quo dederunt mandatū ad presentandū aliquē, & ad petendū eum confirmari, & ad beneficiū institui, & generaliter ad omnia, & singula alia facienda, q̄ speciale exigunt mandatū, et si illa essent maiora expressis, & ad omnia gerendum, & faciendum, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint quomodolibet necessaria, requisita, & opportuna, & quæ ipsiusmet constituentes &c.

C O N S I L I U M V.

Miso pūcto unā cū processu causæ mihi exhibitō, plura sunt disentienda. Primum est, an prima presentatio, & institutio facta de persona Do. Vincentij clerici in minoribus constituti fuerit de iure ualida. Secundum est, posito, quod beneficiū sit sacerdotale, an Episcopus potuerit de iure ad illud cum dicto Vincentio in minoribus constituto dispensare. Tertium, an patroni mediantibus eorum procuratoribus dicantur legitime dispensationi factæ consensisse. Vltimum, an presentatio, & institutio secundo loco facta de persona Domini Hieronymi fuerit ualida, & de iure admittenda. ¶ Circa primum uidetur primo aspectu concludendum, quod presentatio, & consequenter institutio Episcopi facta de persona Domini Vincen-

1 tij fuerit inualida, & nulla: primo, quia, ¶ ut præsupponitur, quatuor sunt patroni, ad quos ius presentandi pertinet, & presentatio facta fuit à duobus tantum, videlicet à Iacobo, & à Io. nino, quoniam persona Domini Vincentij non cōnumeratur inter personas presentantium, ex quo ipse fuit presentatus: argum. cap. per nostras, cum ibi not. de iur. patro. & in cap. si. de constit. ergo apparet presentationem non fuisse à maiori parte patronorum factam, prout de iure debuit fieri, & sic ea non ualuit. cap. quoniam. cum materia. extra de iur. patro. ¶ Secundo ¶ huiusmodi presentatio prima tanquam facta de non idoneo nō debet dici ualida, & secundo presentatus, & institutus, qui est idoneus, debet dici potior, ex quo immixtus fuit in possessionem beneficii, & bonorum, ut in cap. quod autem. in princ. extra de iur. patro. cum similibus. Et quod Dominus Vincentius non fuerit, nec sit idoneus ad huiusmodi beneficium, quod habet annexum ordinem sacrum, & sacerdotalem, demonstratur, nam ¶ quamuis minor 14. anno de iure communi absque dispensatione superioris sit idoneus ad canonicam etiam ecclesiæ cathedralis, & maior septennio sit idoneus ad beneficium simplex non curatum, quod non sit dignitas, ut est glo. in cap. ex co. de elect. lib. 6. in cap. si eo tempore. de referip. & in cap. ult. de iudi. co. lib. quoniam cum in illa ætate possint ordinari. cap. de his. 28. dist. c. poterunt etiam in eadem intitulari. cap. cum secundum. de præb. d. cap. ex eo. & cap. præterea. cum si. extra de æta. & qual. cum

4 ibi not. tamen ¶ si beneficiū simplex, & non curatū non habens administrationem habeat annexum ordinem sacrum ex privilegio, consuetudine, uel statuto, ad illud non dicitur idoneus minor 14. anno, & qui non est constitutus in ea ætate, in qua de iure non possit infra breue tempus ad illum ordinem sacrum promoueri, ut per glo. in d. cap. si eo tempore, bona glo. in cap. i. in primo respon. de fil. presby. & habetur in cap. ei cui. de præb. in 6. & d. cap. præterea, de æta. & qual. Sed in terminis nostris beneficiū habet annexum ordinem sacrum, quia ex institutione testatoris, qui fundauit altare, non potest nisi sacerdoti, & presbytero dari: Item Dominus Vincentius ad huc tempore presentationis, & institutionis factæ non erat annorum quatuordecim, ¶ in qua ætate quis non potest ad sacros ordines, nec ad sacerdotium ordinari, ut in c. uel non est compos. de temporib. ordi. & habetur in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. & in c. eam te. de æta. & qua. & ibi ferè per totum, ergo Do. Vincentius idoneus ad illud non dicitur. ¶ Præterea ¶ hæres non potest qualitates, & cōditiones, quas testator in beneficio instituit, & qualitates annexas beneficio tempore, quo institutum fuit, etiam de consensu episcopi immutare, quia uoluntas testatoris, & forma ab eo tradita seruanda est in forma specifica, nec potest aliud sine licentia Papæ cōmutari, per ea, quæ habentur in clem. quia contingit. in princ. de relig. do. & ibi D. Card. & Io. de Imo. l. legatum. ff. de usufruct. lega. & latè traditur per Pet. de Anc. & Imo. in c. nos quidem. de testam. & per And. Barb. in conf. 23. incip. scripsit Propheta. in 1. col. vol. 1. Nam uoluntas testatoris pro lege seruanda est. §. disponat. in Anthen. de nupt. c. ultima uoluntas. 23. q. 2. ¶ episcopus autem regulariter aliquid contra legem etiam dispensando non potest. c. dilectus. de temp. ord. Præterea

8 ¶ tex. in d. clem. quia contingit in princ. dicit, q̄ quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illū debent, & non ad alium (salua quidē sedis apostolicæ auctoritate) conuerti: qui tex. cum loquat̄ indistinctè, dēt indistinctè intelligi iuribus vulgaribus, ut dispositio, & uoluntas testatoris nec in totū, nec pro parte